



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

[Tractatus de attributis, de visione beatifica, de scientia Dei ac de ejus voluntate et providentia]

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniæ Agrippinæ, 1671

§. II. Utrum æternitas includat rationem durationis, & mensuræ respectu Dei?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77132](https://nbn-resolving.de/urn/resolver.pl?urn=urn:nbn:de:hbz:466:1-77132)

fine. Comparatur etiam centro, quia sicut illud, licet indivisibile sit, adeo tamen cuique puncto oppolito in circumferentia; & omnibus lineis à circumferentia ad centrum deductis: ita pariter eternitas licet consistat (ut suprà dicebamus) in unico nunc indivisibili, adeo tamen & coexistit omnibus partibus & differentiis temporis, non solum presentis, sed etiam præteriti & futuri.

De quo fuisse in Tractatu de Scientia Dei.

D¹⁴¹ Circa definitionem æternitatis jam explicata, & rationem formalem illius, duæ occurserunt difficultates breviter hic resolvendæ.

§. II.

Vtrum æternitas includat rationem durationis,
& mensuræ respectu Dei?

D¹⁴² Ide secundò: Æternitas est essentialiter durationis. Est contra Aureolum in 1. dist. 9. qu. 2. art. 2. ubi docet æternitatem non esse durationem, sed ipsam divinam naturam, quatenus habet vim coexistendi infinito tempori imaginario: sicut imminuitas est quædam vis, quæ potest attingere omne spatium imaginable. Ejus fundamentum est, primò quia duratio importat successivam quandam extensionem prioris & posterioris, quæ repugnat æternitati: cum illa sit indivisibilis, & totalis. Secundò, quia Boëtius in definitione æternitatis non posuit durationem, sed possessionem: Ergo illa non est essentialiter duratio.

Nostra tamen conclusio est D. Thomæ h̄c art. 2. ubi ait: Deus est sua æternitas, cum tamen nulla alia res sit sua duratio. Et in 1. dist. 19. quæst. 2. art. 2. docet h̄c tria nomina scilicet æternitas, tempus, & ævum, durationem quandam significare. Ex quo sumitur ratio fundamentalis nostræ sententia: Nam æternitas, ævum, & tempus sunt veluti tres species sub eodem genere contentar: Sed ævum, & tempus sunt sub genere durationis: tempus enim est duratio rerum successivarum & mutabilium; ævum duratio rerum incorruptibilium quantum adesse: Ergo etiam æternitas est essentialiter duratio entis omnino immutabilis & necessarii, scilicet Dei.

E¹⁴³ Secundò probatur conclusio, defruendo præcipuum fundamentum Aureoli. Duratio ex vi sui proprii & præcisi conceptus, non importat formaliter successionem, sive extensionem prioris & posterioris, immo potius formalis successio diminuit perfectionem durationis: dicitur enim aliquid durare, quamdui permanet in esse; quando autem amittit esse, amittit durationem: Ergo quanto minus amittit de esse, tanto perfectius durat in successione autem clauditur aliqua omissione essendi, quatenus non eodem modo aliquid perseverat, neque est in actu, sed transfit de potentia ad actum: Ergo successio non est de conceptu durationis, sed potius diminuit, & imperfectit ipsam rationem durationis: ex quo patet responsio ad primum Aureoli fundamentum.

Ad secundum verò, dicendum cum D. Thoma in 1. dist. 8. quæst. 2. art. 1. ad 6. quod duratio ex ratione nominis importat quandam partium extensionem, quam attendens Boetius, noluit in definitione æternitatis, ut nomine durationis, sed possessionis, ut significaret illam, non quamunque durationem esse, sed durationem immutabilem, indecentem, & indivisibilem.

I¹⁴⁴ Dic tertio: Æternitas habet rationem men-

A suræ respectu esse divini, non quidem formaliter, sed tantum virtualiter. Est contra Vazquem hic di^p. 31. cap. 5. ubi docet in æternitate includi essentialiter negationem mensuræ, quod etiam docet Suarez in metaphysica disp. 50. se^c 4. Est tamen D. Thomæ h̄c art. 5. ubi bis dicit æternitatem esse mensuram esse permanentis.

B Ratio etiam id suadet, illud enim per quod cognoscitur quantum sit res extensa, hyc formaliter, sive virtualiter extensio, est mensura talis rei: nam ut docet Philosophus 10. metaph. cap. 2. & 3. mensura est id quo quanta res sit dignoscimus, & quantæ ejus partes: Atqui æternitas Dei est ratio per quam cognoscitur, quantum Deus virtualiter in sua duratione sit extensus: Ergo æternitas aliquam mensuræ rationem includit.

C Confirmatur primò: Omnis duratio est mensura esse actualis ad quod sequitur: nam tempus v.g. est mensura esse successivi motus, & ævum esse permanentis Angeli: Sed æternitas virtualiter sequitur ad esse divinum omnino immutabile: Ergo est ejus mensura.

D Confirmatur secundò: Æternitas importat in suo conceptu perfectam uniformitatem durationis simplicissimæ, qualis est divina: unde sicut motus primi mobilis, ratione sua uniformitatis, habet rationem mensuræ, respectu rerum mutabilium, ita & æternitas est mensura esse permanentis, & immutabilis.

E Quod autem ratio mensuræ quam includit, non sit ratio mensuræ formalis, sed tantum virtualis, breviter ostenditur. Mensura formalis, & propriè dicta, importat relationem, ac proinde distinctionem realē inter mensuram & mensuratum, & dependentiam mensurati, à mensura, quæ non possunt repertiri in Deo: Ergo æternitas non potest esse mensura formalis, sed tantum virtualis esse divini: eo ferèmodo, quo natura divina dicitur esse causa virtualis suorum attributorum: sicut enim ita ad illa comparatur, ut si aliquam possint habere causam, nullam aliam haberent quam ipsam; ita si divinum esse posset habere realē aliquam mensuram suæ durationis, aliam præter æternitatem non haberet, nec habere posset.

F Confirmatur: Licet in Deo non distinguatur actus intelligendi, & ejus objectum primarium, illud tamen habet aliquo modo rationem mensuræ respectu divinæ intellectioñis, cum se habeat ut ejus specificativum: Ergo similiter ratio mensuræ, saltem virtualis, non repugnat æternitati respectu esse divini, quamvis ab illo non distinguatur.

G Ex quo impugnata manet sententia Vazque-
sii, & aperitur r̄quivocatio, quæ laboravit in hac materia: licet enim æternitas includat negationem mensuræ limitatae & formalis, quæ non potest Deo convenire, quia cum sit infinitus, & summè perfectus, nec potest ad quā per mensuram aliquam limitatam, nec subjici mensuræ alicui extrinsecæ, quia nihil extra Deum datur simplicius & uniformius: illa tamen, cum explicet in suo conceptu uniformitatem & regularitatem durationis divinæ, quam alia attributa non explicant, dicitur notificare per modum mensuræ, saltem virtualis, quantitatem durationis existentia divinæ.

H Ex his etiam confutatur aliorum sententia,
qui docent æternitatem esse attributum pure nega-

negativum, quod constituitur vel per negationem successionis, ut docet Scotus quodlib. 6. vel per negationem dependentia ab alio, ut assertit Suarez loco supra citato. Aeternitas enim, ut supra ostendimus, est formaliter duratio divini esse, quae est aliquid reale & positivum; est enim realis & positiva permanentia in tali esse, & definitioni opponitur, quae negatio quædam est: Ergo aeternitas non constituitur per negationem, sed potius alicui negationi opponitur.

Addo quod negationes illæ dependentia vel successionis, in quibus Scotus, & Suarez rationem formalem aeternitatis constituent, possunt convenire aliis attributis: nam negatio dependentia non convenit Deo formaliter, ratione aeternitatis, sed ex eo quod habet esse a te, & est communis omnibus aliis perfectionibus divinis, & similiter negatio successionis convenient immutabilitati, quæ etiam motu & successione caret.

Addo etiam, quod in definitione aeternitatis à Boetio tradita, præter negationem termini, vel terminabilitatis, ponitur etiam positiva ratio uniformitatis & mensura, dicendo quod est tota simul & perfecta possessio: Ergo aeternitas non est attributum negativum, sed positivum, quamvis connotet aliquam negationem, & fundet aliquem respectum rationis, sine quo non potest à nobis perfecte intelligi. Unde quando D. Thomas hic art. 1. dicit, Sicut ratio temporis consistit in numeratione prioris & posterioris in motu, ita in apprehensione uniformitatis eius quod est omnis extra motum, consistit ratio aeternitatis, non loquitur de numeratione & apprehensione actualis, sed de aptitudinali, & radicali, quæ est actualis numerationis, & apprehensionis fundamentalium: vel ut alii dicunt, non loquitur de apprehensione formalis, sed de objectiva.

S. III.

Solvuntur argumenta Adversariorum.

Obijecies primò cum Vazque: D. Thomas in D 148 i. dist. 19. quæst. 1. art. 1. ad 4. dicit, Divina magnitudo nullo modo est mensurabilis, vel mensuratur nec ab alio, nec à se, quia mensuratio ponit terminacionem. Ergo aeternitas non habet rationem mensuræ, respectu divini esse.

Confirmatur primò: Illud quod est infinitum non potest mensurari: Sed esse divinum est infinitum in duratione, sicut in perfectione: Ergo non potest ab aeternitate mensurari.

Confirmatur secundò: Omnis mensura duplum importat imperfectionem Deo reptignantem: Prima est distinctio realis à mensurato, quia mensura & mensuratum relativè dicuntur: unde sicut si pater non distinguitur à filio, hoc ipso tollitur ratio patris; ita li mensura realiter identificetur cum mensurato, hoc ipso ratio mensura destruitur. Secundò mensuratum quā tale, debet esse inferius ad mensuram; alioquin si esset ei æquale, non erit major ratio, cur illud sit potius mensuratum quā mensura: Ergo aeternitas non potest esse mensura durationis esse divini.

Ad objectionem respondet D. Thomam solum intendere, quod divina magnitudo non est mensurabilis ab alio, nec à se, tanquam à mensuræ formalis, & excedente mensuratum: quia talis mensuræ ratio ponit terminacionem in Deo, ut

A loquitur S. Doctor, non tamen intendit excludere à Deo rationem mensura virtualis, infinitæ, & adæquatæ ipsi mensurabili: hæc enim nullam in Deo arguit terminacionem, aut imperfectionem: sicut nulla est imperfectione, quod attributa divina respiciant essentiam divinam, ut causam virtutalem, & rationem a priori per quam demonstratur. Ex quo patet responso ad primam confirmationem, respondetur enim, id quod est infinitum non posse mensurari aliquā mensurā infinita, quia hæc non adæquatū infinito, neque ab aliqua mensura extrahsēca, quia sit uniformior & perfectior, quia respectu Dei, nihil perfectius esse potest; bene tamen per mensuram intrinsecam, & non minùs infinitam, quam ipse Deus; sicut dicitur Deus comprehendere scipsum per suam cognitionem infinitam, & sicut bonitas infinita dicitur esse mensura amoris, quo scipsum infinitè diligit.

Ad secundam confirmationem, patet etiam 150 solutio ex supra dictis: ostendimus enim illas conditiones: solum requiri ad rationem mensuræ extrinsecæ, vel formalis; non autem ad mensuram intrinsecam, aut virtutalem: nam quando mensura est perfectissima, & intrinsecæ, ita habet rationem mensuræ, quod interdum sibi identificat ipsum mensuratum, ut constat in ipsi creaturis: tempus enim non solum est mensura motuum inferiorum, sed etiam motus primi mobilis in quo est, & ævum est mensura durationis supremi Angelii in quo est, & aliorum extræ. Unde ad exemplum de paternitate, in argumento adductum, neganda est pars: duplex enim reperitur ratio discriminis. Prima est, quia paternitas est formaliter relatio, ac proinde essentialiter exigit realem distinctionem à correlativo: mensura autem, licet interdum fundet relationem ad mensuratum, non est tamen formaliter relatio. Secunda ratio discriminis sumitur ex parte fundamenti relationis patris ad filium, & mensura ad mensuratum; prima enim fundatur in actione generativa, unde cum de ipsa ratione actionis, ut distinctio realis à suo termino producto, relatio paternitatis non solum ratione sui, sed etiam ratione sui fundamenti, importat distinctionem realem à filio: at vero mensura antecedenter ad relationem quam fundat, non importat aliquam actionem emissivam & productivam mensurati, sed solum importat quod sit perfectissima, & uniformis in suo genere, & quod possit applicari & conjungi mensurato: unde quanto perfectior est mensura, tanto majorem requirit uniformitatem, & tanto perfectius conjungit suo mensurato, subindeque cum aeternitas sit mensura perfectissima, summe conjungitur se proprio mensurato, ita ut habeat identitatem cum illo.

Objicies secundò: Si aeternitas haberer rationem mensura, vel hoc ei competenter respectu Dei, vel respectu creaturarum? Neutrum dici potest: Ergo rationem mensuræ non habet. Major patet, Minor etiam manifesta videtur: aeternitas enim habet nymiam identitatem cum Deo, cum enim sit ipsamet Dei duratio, ab illo, ne per rationem quidem distinguitur: cum rebus vero creatis nymum excessum, ac disproportionem, nam illa est infinita, immutabilis, indivisibilis, & tota simul; res vero creatæ, & temporales finitæ sunt, mutabiles, & successivæ, & præterito, praesenti, & futuro constant.

Confirmatur hæc secunda pars: Aeternitas vel prius